Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26243
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& rursus omis ordinatio que etiam uirtus nominat fruendis
frui. & utendis uti. fruendo autem est honestus. utendum utilibus. Hones
tatem uoco intelligibilem pulchritudinem. utilitatem autem diuina
prudentia. frui autem ea re dicimus de qua capimus uoluntatem. utimur ea
quam ferimus ad id unde capienda est uoluntas. Quamquam omne hones
tum utile. & omne utile honestum est subtilius defendi queat. tam
quam magis proprie atque usitatius honestum dicitur quod per se expetendum
est. utile autem quod ad aliud aliquid referendum est. secundum hanc differen
tiam nec loquimur. ·xxviiii.

Mens enim uidet quedam intimiores pulchra uel pri
mordia natura que dos est. & esse debeat ut eis
fruatur. Volens autem ea sibi tribuere. & non ex illo. similis illius;
ex se ipsa esse quod ille est. auertitur ab eo. mouetque; & labitur in minus. &
minus quod putatur amplius & amplius. quam nec ipsa sibi. nec ei quemquam sufficit.
recedentem ab illo qui solus sufficit. Idque per egestatem ac difficulta
tem fit nimis intenta in actiones suas & quetas delectationes quas per
eas colligit. atque; ita cupiditate acquirendi noticias ex his quae foris
sunt. quas cognitum genus amat & sentit amittere posse. nisi impensa
cura teneantur. potest securitatem. tantoque; se ipsam minus cogitat. quan
to magis secura est quod se non possit amittere. Ita cum aliud sit nisi se
nosse. aliud nisi se cogitare. neque; enim mutarum doctrinarum prius
ignorare grammaticam dicimus. cum eam non cogitat. quam de medicine
arte non cogitat. cum quod aliud sit nisi se nosse aliud nisi se cogitare.
tanta uis est amoris. ut ea quae cum amore diu cogitauerat. eisque; cure
glutine inheserit attrahat secum etiam ad se cogitandam quodammodo
redit. & quam illa corpora sunt quae foris per sensum carnis adamauit. eoque;
diuturna familiaritate implicata sunt. nec secum potest inferre ipsa
corpora. imagines eorum euoluit & rapit factas in semetipsa de se
metipsa. Dat enim eis formandis quoddam substantie sue. seruat autem

Nota